

sanctitate manifestare et approbare. **H**iliter sicut solus ipse est caput totius ecclesie ita solus ad ipsum pertinet membris ecclesie mandare sanctum aliquem sub veneratione haberi. **U**terius sicut sola opera que continent testimonium sanctitati aliam fidei ecclesie inmanet ita ad illum pertinet huiusmodi sancti canonizatio que pertinet questiones fidei determinare quod quidem planum est spectare ad summum pontificem sicut patet per iij. q. 1. c. quoties ratio fidei ventilat. **A**d primum ergo est dicendum quod duplex est reuerentia quedam vniuersaliter inuenta quedam vero voluntarie et particulariter assumpta. Prima ergo reuerentia solum honorandi sunt sancti per ecclesiam canonizati. **S**ed secunda reuerentia possunt honorari alij secundum particularem deuotionem vniuersaliumque. **A**d secundum est dicendum quod in ecclesia primitiua non suabat modus canonizandi qui modo habetur propter duo. Primo quod illi sancti ut plurimum erant martires in quibus non requirebatur talis examinatio sicut requiritur in consessoribus ut infra dicitur. **S**ecundo ex feruore fidei nascentis ecclesie et ex meritis christi et apostolorum miracula et alia opera sic erant euidentia ut non possent tergiversatione celari. **S**ed nunc bene videndum est secundum quod dicit Augustinus in de vera religione quibus de diuinis est credendum potissime cum angelus sathane possit se transfigurare in angelum lucis. **A**d terciū est dicendum quod ipse non canonizat sanctos scitatem in eis efficiendo vel causando. **S**ed magis scitatem que propter opera que ei testimonium prebent approbando et sub veneratione populi christiani exponendo quamuis si sanctitate carerent ministerialiter non propria auctoritate mediis tribus clauibus ecclesie posset hoc facere quantumcumque esset peccator.

Ad secundum sic procedit. Videtur enim quod sicut ipse vniuersaliter ita episcopus in sua dyocesi possit aliquem sanctum canonizare. scribit enim primo Ethy. quod vnusquisque bene iudicat de hijs que nouit a horum est bonus iudex. **S**ed episcopus melius nouit de sanctitate et vita qui sunt in sua dyocesi quam ipse. **S**ed episcopus melior iudex canonizatio et approbatio sanctitatis eorum. **S**ed sanctos canonizare est ex operibus miraculis eos a populo venerandos predicare si talia fuerint in vna dyocesi quandoque et non in alia quia sicut operationes sunt particularium suppositorum sic sunt particularium locorum magis ergo pertinet hoc ad episcopum quam ad papam. **P**roterea canonizatio noua pertinet ad potestatem ordinis cuius ibi requiritur celebratio missae ad honorem sancti sed in potestate ordinis dominus qui libet episcopus est ecclesie pape qui libet quod episcopus potest sanctum aliquem canonizare in sua dyocesi. **I**n contrarium est quod scribit extrinsecus de re et veneratione sancti ubi ipse scribens episcopo dicit. **S**i per hominem miracula fierent non liceret vobis ipsum profecto absque auctoritate romane ecclesie venerari. **C**onclusio. Dicendum quod rationabiliter canonizatio sanctorum solum romano pontifici reseruetur inuitur enim canonizatio sanctorum fidei christi in quem sancti credentes per eos miracula fuerint que attestant eorum scitatem et fidei integritatem fides autem